



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

Conclvsio XXXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

M V R N E R I.
CONCLUSIO XXXIII.

Famosi sunt omnes Lutherani, quorum reprobata doctrina effectus est, ut tot hominum milia, & quidem breuissimo tempore petita sunt, quorum sanguis haud dubio ad deum in caelestes aures clamat, tot homicidia in tales magistros mortuum & cedis & stragis seuerius uindicandi, qui & si re pessime gesta, illos qui mortem oppetierunt, etiam scriptis emissis non agnoscant, orbitas men non est incognitum, petitos dum uiuerunt, istos mortis & sanguinis fusi praecipuos agnouisse, & eorum tristitia dogmata tantae cladis causas & ansas praebuisse.

Tamen si supra conclusione xxvi. satis superque ostensum est nouam illam haereticam & seductoriam doctrinam euangelicorum futuram & praedonum causam fuisse effusionis sanguinis miserorum rusticorum, hic tamen in genere recensere non pigebit, quibus Lutherus incogitantem hanc rudis plebeculae stoliditatem irritauit, & in tantam seditionis libertatem permouit.

Depinxit enim ante oculos eorum pediculosam & carneam libertatem Christianam, & in plerisque locis eos concitauit contra naturales eorum dominos, hijs & similibus uerbis. Quod usque adeo stultescitis, credentes uos dominis uestris obligatos & obedientiam constrictos. Caesarem per contemptum sacrum saepius appellando uerendum. Principes stultos, effeminatos, infames, rabiososque tyrannos, Thuream decies meliorem & sapientio rem reputans nostris Principibus, multa precatus ut dominus deus aliquando ab eorum iugo dignaretur liberare, aliosque regentes dare. O quoties illis minatus est hoc Psalmistae dicto. Effundam contemptum super principes.

Nouam edidit bullam, qui auxilium, consilium, consensum praebuerit ad Episcopatus & monasteria diruenda, delenda, hunc esse dei filium & amicum, qui autem in eorum defensionem laborat, esse dei hostem, & diaboli amicum. Scripsit item Episcopos, Collegia, Cathedrales ecclesias, Monasteria non esse Christianas congregationes, sed certo habendi sunt pro la-

A C T A

tronibus, furib⁹, lupis & apostatis religionis Christi, q̄ cōtra uerbū dei supra nos cōminant, quorū uerborū & his similiū pleni sunt, & exundant oēs sui libelli. Taceo de occulta praxi cum multis habita. Sunt hæc ne bellā uestra, diffidationes & damna Romano Pontifici inferēda, quippe quod in germania tanto in miseros rusticos deseuiſtis, Romā digito indicastis, certe nostrū met natale solum corde uolentes, in patriæ laboratis excidiū, ubi adhuc longq̄ tempore Romanus Pontifex a uobis quierē & pacem est habiturus. Finem tamen uel semel hic faciā uestrarū iniuriarū uis illatarū, ut ad terminum uestrorū pessime factorū peruenire possimus.

SEQVVTVR CONCLVSIONES

de iniurijs & contumelijs mortuorū.

CONCLVSIO XXXV.

Famosus est qui a deo & cœlitib⁹ salutā castam atq; pudicā uirgunculā deiparā Mariā cōmunic; Christiani orbis cōsensu a deo uenerandā habitā (ut eius uiolator es etiā solis uerbis capitali iudicio damnarit) dehonestarit. Nam hæc utpote matrem & ueteri & noua lege inauditis præconijs præcepit & mundo & sibi honorandam.

Nihil hic est ut p̄sumamus laudes & uenerationē diuæ genitricis Mariæ matris Ihesu Christi uerbis explicare, potius equidē uerbis id fieri negt, multis hoc facere p̄positi non est p̄sentis, sed neq; totius orbis hoc facere efficacit sufficit. Hoc autē me misere habet qd' obstinati isti euangelici neq; & nebulones mox ut se huic suæ sectæ addixerint, hostes sunt nobilis simæ dei genitricis, adeo ut nihil tollerare queant qd' eius memoriā exprimat, ut sunt eius in ecclesia fideiū imagines statuarū & figuræ, tam impudice & turpissime de ea loquunt, ita ut audire nephas sit uiro Christiano, tantī sceleris maculā hoc tegentes pallio, quippe quod soli deo tribui debeat & honor & gloria. Mirū hic uideri posset quando hæc inter filiū Christum